Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

28

audita .ē. in terra nostra ., Non sine causa in sacrificiis
adsumitur . par turturum & duos pullos columbarum . Nam
idem ualent & numquam dictum .ē. separatim . par turturum modo
columbarum ; Columba sps scs .ē. Sps autem scs quando
de magnis & occultioribus sacramentis . & quae multa capere
non possunt . loquitur . In turturis appellatione signatur .
Id est in eius auis . quae semper in montibus iugis . & in arbo
rum uerticibus commorantur ., In uallibus autem & in his
quae ad homines . usq: perueniunt columba adsumitur .,
Deniq: saluator . qui hominem est dignatus adsumere .
& uenit ad terras . Multiq: tunc . circa iordanem peccatores
erant ., Idcirco sps scs non in turture uestitur . sed in columba .,
Fit & inter nos propter hominem multitudinem aues mansu
etior conuersa ., Turturum autem uidetur uerbi gratia
moysi & ubiquemlibet intellege profetarum ; Receden
tium in montes & deserta ibi . accepierant cum sermones di .,
Uox turturis audita .ē. in terra nostra ; Ficus produxit
grossos suos ., A fico autem disce parabolam cum iam ramus
eius tener factus fuerat & folia miserit . scitote quia iuxta
.ē. aestus ; Uult nobis dei eloquium nuntiare post hiemem .
post procellas animarum . adpropinquasse messem . ait ;
Ficus protulit grossos suos uites florescunt dederunt odorē .
Si iam rumpuntur in florem tempus aduenit & erunt uuae .
surge ueni pximamea speciosa mea columba mea ;
Haec quae superius exposuimus . sponsa non audientibus ad
ulescentulis . & sola sponsum audiens loquitur ., Uolumus
autem iam de ipsius audire sermonem loquentis ad sponsam ;
Surge ueni proxima mea non uocat adulescentulas neque
dicit surgite . Sed surge ueni pximamea columba mea .
& ueni columba mea . sub tegmine petrae ; & moyses